



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CCCLXXII. Bischof Dieterich von Lebus bestätigt einem Altar zu Frankfurt die ihm von den Markgrafen Ludwig d. R. am 15. Juli 1356 und Otto den 13. Juli 1371 vereinigten Zolleinkünfte, am 21. Mai 1503.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

CCCLXXII. Bischof Dieterich von Lebus bestätigt einem Altar zu Frankfurt die ihm von den Markgrafen Ludwig d. R. am 15. Juli 1356 und Otto den 13. Juli 1371 vereinigeten Zolleinkünfte, am 21. Mai 1503.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Nos Theodericus, dei et apostolice sedis gracia Episcopus Lubucensis, Ad perpetuam rei memoriam Vniuersis et singulis cristifidelibus presentibus et futuris has nostras litteras visuris pariter et auditoris Salutem in domino Sempiternam. Ex iniuncto nobis diuinitus pastoralis cure officio, quo cunctos nobis commissos sollicitis curis amplectimur, vigilare nos conuenit, vt que gesta sunt et gerenda cognouimus, roboremus ac pontificalis protectionis presidio defendamus atque in contrarium edita cassemus et reuocemus, prout qualitas negociorum et personarum exegerit et salubriter inter cetera conspiciamus expedire. Cum igitur per quondam Illustrissimos principes et dominos Ludwicum Seniore et dominum Ludwicum Romanum et dominum Ottonem, fratres, Marchiones Brandenburgenses, Sacri Romani Imperii Archicamerarios, Comites Palatinos Rheni et Bauarie duces, bono catholice religionis Zelo ad laudem et gloriam omnipotentis dei sueque Beatissime Genitricis Marie virginis et presertim Sanctorum Alexii et Ludowici in Ecclesia parrochiali Franckfordensi fundatum et dotatum altare ad petitionem Kunonis, fritzkonis et Hermanni Hakeman ciuium franckfordensium eiusdem altaris collatorum certis fructis augmentarunt, Prout in litteris prefatorum Illustrissimorum principum presentibus de verbo ad verbum insertis et nobis per prouidos et circumspectos Petrum, Georgium, Johannem et Margaretham Hakeman, fratres et sororem oblati et demonstrati plene patet, quarum tenor talis est, vt sequitur.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie dux, Notum facimus tenore presencium vniuersis, Quod vidimus litteram diue memorie Illustris principis domini Ludowici Romani, quondam fratris nostri Carissimi, cuius tenor et continencia sequitur in hec verba:

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludowicus Romanus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie dux, Ad laudem et gloriam omnipotentis dei et Beate dei genitricis virginis Marie sanctorumque omnium et diuini cultus augmentum, necnon pro salute nostra omniumque parentum, progenitorum, predecessorum nostrorum, Petitionibus Kunonis, Fritzkonis et Hermanni, fratrum dictorum Hakeman, Ciuium nostrorum fidelium in Franckenford, fauorabiliter inclinati dedimus et donauimus, damus et donamus donacione solempni inter viuos proprietatem Quinque et dimidii fructuum annuorum reddituum in quolibet festo Sancti Martini de theolonio Ciuitatis nostre Franckford leuandorum, que per obitum quondam Johannis Beyer ad dictum Cunradum legitime fuerant deuoluta, que eadem fructa reddituum exnunc inantea ad altare fundatum et dotatum in Ecclesia parrochiali Franckfordensi In honore Annunciationis Beate Marie virginis et sanctorum Alexii et Ludwici Martirum et ad altaristam altaris eiusdem, qui pro tempore fuerit, perpetuo pertinere debebunt, que eciam quinque fructa cum dimidio reddituum de duodecim fructis ad instanciam dictorum fratrum per fratrem nostrum carissimum Ludwicum, Marchionem Brandenburgensem seniore et nos prius appropriatis volumus omnimode defalcari, Renunciantes expresse pro nobis et fratre nostro Ottone, Marchione Brandenburgensi, heredibusque et successoribus nostris omnibus omni iuri, actioni vel impetitioni, Quod

vel que nobis in dictis Quinque cum dimidio fructis reddituum, quoad dictam proprietatem, ad prefens competit vel competere poterit quandolibet in futurum. In cuius rei euidentiam Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum, Presentibus Reuerendo in cristo patre domino Heinricho, Episcopo Lubucensi, Strennuis uiris Hassone de Falkenbergk, Curie nostre magistro, Johanne de Rochow, Hermanno de Wulkow, Petro de Bredow, Militibus, Heinricho de Schulenborgk et Nicolao de Bismarck, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tangermunde, anno domini Millefimo Tricentesimo Quinquagesimo Sexto, in die diuisionis apostolorum.

Nos igitur diuinum cultum deuotis affectibus augeri cupientes, ob reuerenciam omnipotentis dei, sue gloriose Matris Marie et omnium sanctorum, nostreque, progenitorum ac successorum nostrorum animarum salutem, Petitioni quoque hermanni Hakeman prefati fidelis nostri dilecti ad hec benignius inclinati, Predicto altari Sancte Marie et Sanctorum alexii et ludowici apposimus et appropriauimus, apponimus, appropriamus et presentibus solempniter condonamus Quartum dimidium fructum annuorum reddituum ex dicto Theolonio nostro in Franckenford cum prefatis redditibus, uidelicet sexto dimidio fructo, singulis annis in Festo Beati Martini Episcopi leuandorum, In antea iusto proprietatis titulo ad usum dicti altaris et Rectoris eiusdem, qui pro tempore fuerit, ad habendum, usufruendum quiete, pacifice et sine quorumlibet impedimento perpetuis temporibus possidendum, Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni Juri, actioni ac impetitioni, Quod vel que nobis in predictis nouem fructis hactenus competeat, competit aut competere poterit quandolibet in futurum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Reuerendo in cristo patre ac domino, domino Tyderico, Brandenburgensis Ecclesie Episcopo, Strennuis quoque uiris Hermanno de Wulkow, Geuardo de aluenflewe, militibus, Nicolao de Bismarck, Curie nostre magistro, Joanne de Scheplitz, prothonotario nostro, cum ceteris pluribus fide dignis. Actum Franckenford, die Beate Margarethe uirginis, Anno domini Millefimo tricentesimo Septuagesimo primo, et datum Berlin, anno eiusdem Millefimo CCC<sup>o</sup> Septuagesimo tercio, feria quarta proxima post diem Epiphanie domini.

Quibus per nos uisus et lectis ueris, integris, sigillatis nullaue in parte uiciatis litteris, Sumus per predictos Petrum, Georgium, Johannem et Margaretham, fratres et forem Hakeman, ciues Franckfordenses, intuitu dei instanter petiti, ut eandem, sic ut prefertur, altaris fundacionem, donaciones, augmentacionem admittere, approbare et Confirmare dietosque census, sic ut prefertur seu aliunde condonatos, comparatos seu in futurum comparandos cum omni augmento possessori eiusdem altaris, qui pro tempore canonice presentatus et investitus fuerit, ascribere, incorporare, adnectere atque inter ecclesiasticos census adnumerare dignaremur, Sic tamen, quod possessor canonice presentatus et investitus ad unius misse celebracionem in vnaquaque ebdomada semel iuxta suam deuocionem cum tamen suffragio pro fundatoribus sit per se vel alium attractus. Jus uero presentandi prefati petrus, Georgius, Johannes et Margaretha sibi in simul, quamdiu uixerint, referuant sic, quod omnes simul vel saltem maior eorum pars tocians, quociens legitime uacauerit, presentare possint, post uero mortem prefatorum collatorum ipsorum heredes, sic ut prefertur, unanimitate vel saltem maior pars eorum concordans conferre habeat et presentare. Nos igitur Theodericus, dei gracia Episcopus Lubucensis prefatus, Qui ex pastoralis cura et beneficio, quibus licet immerito presidemus, cultum diuinum et stipendia ministrorum dei sumopere nostris temporibus cupimus adaugeri et circa ea, que dei sunt, iubemur solerter vigilare, predictas fundacionem, dotacionem, donacionem, ordinacionem, misse celebracionem atque iuris pa-

tronatus seu presentandi referuacionem seu limitacionem cum omnibus clausulis, punctis et articulis ex certa nostra sciencia et matura deliberacione ratas habentes et gratas, admittimus, ratificamus, approbamus atque Confirmamus, Ipsumque altare in beneficium ecclesiasticum creamus ac sub ceterorum beneficiorum ecclesiasticorum priuilegio et emunitate ponimus, Censur quoque seu frustra, sic vt presertur, comparatos, condonatos aut in futurum comparandos predicto altari et eius legitimo possessori ad missa vnus in omni hebdomada cum suffragio pro fundatoribus eiusdem altaris celebracionem perpetuo adiungimus, ascribimus, incorporamus, vnimus et appropriamus dei nomine in his scriptis, Volentes, eos nunc et in antea bona ecclesiastica fore et ecclesiasticorum libertate gaudere, Interponentes omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam pariter et decretum, Inhibentes omnibus et singulis vtriusque sexus, cuiuscunque gradus, Status, Condiçionis aut preeminencie fuerint, sub anathemate et excommunicacionis sententia et maledictione eterno pena, ne quisquam premissa infringere aut huiusmodi redditus in prophanos vsus conuertere et reuocare audeat aut presumat quouis quesito colore, Sicuti preter has penas indignacionem omnipotentis dei et Beate Marie virginis ac beatorum dicti altaris patronorum voluerit euitare, In his omnibus nobis aut successoribus nostris atque vnicuique homini suo in iure nichil derogari aut preiudicium generari volentes. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes litteras nostras iussimus et fecimus Sigilli nostri appensione communiri. Datum Castro nostro Lubus, Dominica vocem Jocunditatis, Anno domini Millesimo quingentesimo Tercio.

Nach dem Orig. des Stadtarchives III, 5a.

CCCLXXIII. Die Stadt Frankfurt verschreibt einem Bürgermeister in Neustadt-Eberswalde eine Leibrente, am 26. Februar 1505.

Vor allermeniglich vnd iglichn bsodrn, die disen vnsern offen brieff sehen, horen ader lesen, Bekennen wir borgermeister vnd Ratman der Stad Franckfurt an der Oder, das wir mit wolgedachtn gemüte, gutn rate vnd wissen, auch mit sulbort vnd zulafen vnser vir gewerken vnd gmenhait vor vns, des Rats vnd alle vnfre nachkomeden vorkauffn vnd vorkaufft haben vnd verkauffn gegenwertig jn vnd mit krafft dises brieffs vf vnserm Rathaws vnd andrn vnsern der Stad gereitztn guetern, zinsen vnd rentn, die wir itzft bützn vnd jn zukunfftign zeitn bützn vnd gewynnen mochtm alle Jar Jerlich leipzins vnd rentn, wie leipzins recht vnd gwonheit, XLII gulden Reinisch io XXXII gulden merkisch vor eynen itzliehn gulden vnd VIII pfenning vor I gulden derselbigen werung, von dem ersamen hanfen grofen, der stat nevestat Eberfwald borgermeister, anna, seyner elichen wirtin, annen, margareten, magdalenen, seyner dreyen tochter etc. Gegeben jm XV<sup>o</sup> vnd V<sup>ten</sup> Jaren, mitwoch nach dem Sontag oculi.

Aus Teymlers Copialbuche des Stadtarchives fol. 7.